

ALBERTVS ARBOGASTVS BARO HEVENSIS.



Albertus ex illustri familia baronum Heuen-sium in Suevia natus est, anno ciriter 1524. Is post literarum fundamenta percepta animū ad bellorum studia adiecit, & regum ac principum castra sequi cœpit. Hinc factum ut magnam uirtutis opinionem nactus, Gallorū rex eum in suas partes adduxerit, atq; liberali stipendio proposito in Taurinis sibi subsidio esse iussit. Itaq; Albertus 1558 legiō-nem Germanorum peditum delectissimā per Hel-uetiam in Pedemōtanam regionem perduxit, atq; cum socijs Cæsareanis plurimū damni dedit. Cū autem postea inter reges pax restituta esset, exerci-tum suum incolumem in patriam reduxit, & Chri-stophero Vuirtebergico à consilijs fuit.